

DE

1754 3^a

5

DISPOSITIONIBVS^{3a} PARENTVM INTER LIBEROS NVNCVPATIVIS

EXERCITATIONEM IVRIDICAM

AVCTORIT. INL. I. CTOR. REG. FRIDERIC. ORDINIS

PRAESIDE

D. IOAN. PHILIPPO CARRACH

IVR. PROF. PUBL. IVRID. ORDINIS ADSESS.

REG. SOCIET. TEVTON. GOETTING.

SODAL. HONORAR.

D. IVNII A. R. G. H. cI*o*cccliv.


PUBLICE DEFENDENDAM

EXHIBET

IOAN. FRIDERIC. GVILIELM. AVGVSTINN
HALBERSTADIENSIS.

HALLAE SALICAE
PRELO IOAN. FRID. GRVNERTI.





VIRO PERINLVSTRI
EXCELLENTISSIMO GENEROSISSIMO
DOMINO
FRIDERICO AVGUSTO
LIBERO BARONI
DE
VELTHEIM

SUPREMAE SERENISSIMI DVCIS BRVNSVICENSIS
ET LVNAEBVRGENSIS CVRIAEC PROVINCIALIS GVELPHICAE
PRAESIDI SPLENDIDISSIMO, ORDINIS IN PROVINCIA
HALBERSTADIENS EQUESTRIS DEPVTATIONE
INSIGNI, DYNASTÆ TERRARVM HARPKE,
ADERSTEDT, WEISSAND REL.
MAECENATI GRATIOSISSIMO INCOMPARABILI
LIBERALITATIS EROGATIONE MVNIFICENTISSIMO

NEC NON

VIRO REVERENDISSIMO
PERINLVSTRI GENEROSISSIMO
DOMINO
IOANNI FRIDERICO
LIBERO BARONI
DE
MVNCHHAVSEN

ECCLESIAE CATHEDRALIS HALBERSTADIENSIS
CANONICO CAPITVLARI PRAELATIONE, INSIGNIBVS
REGIAE MILITIAE CAPITVLARIS CASTRENSIQVE
ADVOCATIA FVLGENTI, DOMINO TERRARVM
LEIZKAV, MOECKERN, HOBECK REL.

MAECENATI GRATIOSISSIMO BENIGNISSIMO

PERENNEM PROSPERITATEM
OBSEQVII VOTA SOLVENS
PRECATVR

DIGNITATI EORVM

Obsequiis votisque solvendo
magnis dignitatis votis ex
DIGNITATI EORVM
1711 MÄRTZ 9. mense
PERINCIPIATVS in die
dicitur / A R T E L I
DICATISSIMVS DEVOTVSQUE
IOAN. FRID. GVL. AVGVSTINN.




ubtilissimo verborum pensitato-
re non indignam fusciperem
operam facto sermonis delectu
absoluendam , si VESTRAM , VIRI
PERINLVSTRES , in me effusionem , si
ab accumulatisima V E S T R A voluntate

profecta munera , si largitiones ex re familiari ipsum benignitatis exhaustientes fontem gloriae commendarem et recordationi. In suggerendis poliendo , quidquid in me est ingenii et exiguarum animi facultatum , servientibus beneficiis dulcissimo functi estis perbenevolentium officio Patronorum , quallem vtrumque VESTRVM , MAECE-
NATES PERINDVLGENTES , pro-
ducto longinquitate fauore laudandi laetissi-
sima mihi obtigit occasio : quin nuper aca-
demiae vitae meae prospexit , PERINLV-
STRIS VELTHEMI , largissima libe-
ralitatis VELTHEMIANAE in me colla-
tione ,

tione , cuius beneficij in hominem non insi-
pientem collocati documentum statuturus pe-
riculum iam facio virium , quibus , teneris ac
fragilibus pro indole scientiis imbibendis va-
cantium , concesurum TE atque ignoturum
spero . Ne vero hos , quorum laudes ver-
bis consequi vix possum , temeraria offendam
oratione , fileo iam VESTRA , VI-
RI SPLENDIDISSIMI , publicam pa-
riter ac meam in causam merita , inscripta-
rum potius FVLGIDISSIMIS NOMI-
NIBVS paginarum veniam a VOBIS de-
misse peto , pro diuturnitate incolumitatis
VESTRAE gloriaeque NVMINI SO-
SPI-

SPITATORI, STATOR Ique vota facio,
eademque pro gentibus VESTRIS sanguini-
nis et illustrium facinorum antiquitate cele-
bratisimis nuncupo, gratia simul VESTRA
fauoreque admirabili amplecti me ut perga-
tis, supplex infimis a VOBIS impetrans
precibus. Valete. Hallae Salicae VI. Eidus
Maias A. R. G. H. cIcCCLIV.



DEO MAXVMO BENE IUVANTE
EXERCITATIO IURIDICA
DE
DISPOSITIONIBVS
PARENTVM INTER LIBEROS
NVNCPATIVIS.



§. I.

on vbiq[ue] in nuce iurisprudentiae Romanae Thema scri-
eruenda sola valet Criticorum voluntas, nec ptionis.

folis horum consilii et vigilancia consul-
lum stant muri ciuitatis legitime. Ibi cer-
te in hanc eundem est sententiam, vbi fru-
stra versaremur in Areopago, Regibus ma-
nu omnia regentibus, ouilibus, scholis I.
Ctorum et foro hasta Praetoris ornato lustrandis ad compo-
nendum arte juris argumentum. Recte tamen etiam quoad
ea, quae demum IVSTINIANI edictis ad legum tabulas adie-
cta, non in pluribus locis aqua et igne opus est, quam noti-
cia antiquitatum. Sed ne per inuolucra et integumenta haec
per-

A

per-

2 DE DISPOSITIONIBVS PARENTVM

perspexisse credamus, subtracta aenigmatis obscuritate vim eius emendate proponeamus. Vnum caput ex omni iure iam scrutabimur, et quidem de re testamentaria; plura non dicemus. Nuncupatiuam, quam castissimi aei antiqui pace cum I. Ctorum secta omni vocarim, voluntatem parentum inter liberos ultimam, et, quod magis forte inclamandum, eam ipsam non ore temper prolatam, sed picto litteris sermone consignatam in scenam prodire iubentes paullo inquisitus de ea disputabimus.

§. II.

Defectus pri-
vilegii testa-
menti paren-
tum inter li-
beros anti-
quissimo
aeuo Roma-
no.

Nulla priscis temporibus in condendo testamento privilegia, nisi quae sagi beneficio Republica militibus studiosissima gabino cinctis indulserat. Caeterum firma et inconsulta legum decemuinalium sanctio, quae ius esse volebat, vti de pecunia tutelaue sua rei paterfamilias legassit, seu qualem dixisset legem. Quemadmodum vero non qualicunque ratione, sed comitialis auctoritate fastus et ad superstitionem vsque religiose obseruatis sollemnibus regebatur, legesque sibi imperari sinebat Quiritium populus: ita veteres cerebrum Phoenicis escitasse ex PLVTARCHO potius intellexeris cum ERASMO, quam sine umbra quadam et imagine legis ad classes populi Romani rogatione perlatae pronuntiataam ciuis de asse et vincis hereditariis deque fortiendis ex morte ipsius lucris sententiam, vel signatam ideo ceram. Nec licebat pro arbitrio statuere in tradendis hereditario iure bonis, quum ob mancipacionis ritum non in pectore testatoris, sed in eius ore aenaque in libra nasci videretur successionis norma. Neque ergo villa paternae de prole tantum sua herede facienda vel exheredate voluntatis praerogativa, sed praeter militiam omne ex follemibus robur. Quo dein ordine quaque praceptorum legitimorum versibili conditione immo vera transfiguratione varia testamentorum singularis iuris praecipuo donatorum nata sint genera, audire iam non iuuat, quin post COTHOFREDOS, BRISSONIOS, PITISCOS, HEINEC-
CIOS,

INTER LIBEROS NVNCVPATIVIS. 3

CIOS, post sexcenta alia Galliae, Belgii et cis-Rhenani orbis decora, quae lac Themidis, quorum terga nostri spectant, in supervacuum hac in causa iactaremus verba. Formata vero recentiori aetate ad militarium testamentorum similitudinem quandam priuilegiique fauore ornata vltimarum inter genera voluntatum principem fere tenet locum dispositio parentum inter liberos, in cuius vnius contemplatione nostra iam stabit cura; missis, quae de ipsa nouissimi juris in castrensum hominum legibus diiudicandis norma, de internecini morborum generis in alterandis testamenti sollemnis efficacia, de que Principis iudicium euffodiae commissarum tabularum auctoritate, de laxiori ruri degentium in cogendis testibus conditione, de religiosae liberalitatis praerogatiua Pontificiarum rescriptionum sanctione magis adhuc firmata, quaeri possent ac statui. Sollicitos iam praebuere fese quum dispositionum paternarum inter liberos vniuersim tum signillatim testamentorum huiusmodi commentatores praeter alias B. DN. SAMVEL STRYKIVS, HENR. HAHNIVS, CHRIST. WEIDLINGIVS, IO. PHIL. SLEVOGTIVS, IO. MAVORIT. FICHTNERVS AC VIR CELEBERRIMVS IO. FLOR. RIVINVS, quorum penu expilata de spoliis opimis gloriandi, vel affectata quadam novitatis specie recitandi tradita animus non est: quare nec summis argumenti huius capitibus adumbrandis iam immoramus. Ea saltem expedire visa obseruationcula, quod exactissimi juris interpretes plures mox versentur in sola scriptarum dispositionum, quas inter liberos valituras parentes condunt, contemplatione, nec ad nuncupationem istiusmodi voluntatis vltimae respiciant, mox praepter testamentum ac diuisionem parentum inter liberos alios disponendi modos haud commemorent.

§. III.

Quaenam stet legibus, quae iurisperitorum sagacissimis Indoles testa-
de testamento parentum inter liberos sententia, protritum menti parent.
A 2 int. lib. est,

Introductum
iure Kom re-
cent. priuile-
gium testa-
menti par.
int. lib.

4 DE DISPOSITIONIBVS PARENTVM

est, siquidem illa demum *vltime voluntatis declaratio*, qua
soli proliſ definitur ſuccēſio, iſtan fortiter adpellationem:
quocirca natorum dubiorum refellendorum fategit **INVL-**
STRISSIMVS REGIS AC REGNI SVMMVS CANCELLA-
RIVS DN. SAMVEL L. B. DE COCCEII in Iur. Crail. Con-
trou. Tit. de Testam. milit. Prorsus tamen alienam a fine non
duco adnotatiunculam de ſubſtitutione vulgari ac pupillari,
directa aequē vti fideicommissaria, extranei in fauorem ex diſ-
poſitionib⁹ parentum inter liberos iuxta formam priuilegia-
tam conditis neutiquam valitura. Quin verba ipſa *Praefatio-*
Nouellae CVII. oportere morientium voluntates, quando ſunt
parentes, omnibus modis INTER FILIOS tenere, poſitaque
in hiſ ratio datae folleſnum omittendorum veniae non ſinuat
fideicommissorum legatorumue praeter liberos cuiquam lar-
giendorum facultatem: vt ſileam reſtrictionem indulti iu-
ris ſingularis diſertam ad liberos exceptaque aliorum omnium
luca in *Lege fin. C. Familiae ericſund. et L. 21. §. 1. C. de*
Testamentis, quas **CONSTANTINI M. THEODOSII II. et**
VALENTINIANI III. ſanctiones quoad caput et cardinem
quaeftionis de parentum testamento inter liberos ratas eſſe
iūſſit firmasque **IVSTINIANVS**, adiecta ſolum claritatis cer-
titudinisque eiusmodi diſpoſitionum cauſa designatione eo-
rum, vnde veram dubiisque vacuam intelligere liceret paren-
tum cautionem.

§. IV.

Defenditur
valor diſpoſi-
tionis par.
int. liber.
nuncupati-
nae in gene-
re.

Ergone, vbi arem & firmiterum priuilegi⁹ voluntatis pa-
rentum querimus in tria iſta conſtitutionum noui nouiſſimi-
que iuriſ, quam laudauiimus §. *præc.* ſtabit aſſertio noſtra, dari
parentum inter liberos diſpoſitionem, priuilegiatam puta, me-
ra vigentem ex nuncupatione? Operam nos luſuros quilibet
cerſuerit, ſi ex iſtis, que perſcribendas vltimæ voluntatis tabu-
las requirant, que *ſubſcriptione* tempus conſecte de-
clarari, filiorum nomina propria manu notari, vncias demum, ex
quibus liberi heredes ſcripti, non ſignis numerorum, ſed per liſ-
teras

INTER LIBEROS NVNCVPATIVIS. 5

teras indicari præcipiunt, sine scriptura rite perfici adstruere co-
nemur carentem follemnibus parentis legem supremam. Prae-
ter legitima fulcimenta vero sinistris admodum auspiciis iura
fingi quis ignorarit, quum vel vulnera atque cicatrices artis no-
stræ sine medela ex fententia textus parata sanare damnosum
sit. Sed, Deum virtute dicam, vt propter periculum hoc
conuasarem aliquid, atque hinc me conicerem protinus in
pedes, e re esse non duxi. Immo nec pertimescimus, muni-
mentorum quidquid exstruatur contranuncupationem paren-
tum ex Lege Germanica, nempe MAXIMILIANI I. IMPERAT.
Ordinar. Notar. anno 1510 XII. promulgata Tit. II. von Te-
flamenten, vbi eadem, quæ supra ex Transalpinorum & Ponto
vicinorum Principum oraculis retulimus, iterum statuta.
Omnia scilicet plana fistit mens IMPATORVM ratioque
sanctionum, quam ipsi inferi curarunt sacerorum tenori rescri-
ptionum. Verissimum quidem est, ea, quibus effatorum
istorum auctoritas continetur, verba pleraque adscriptionem
in exponenda voluntate ultima adhibendam sese referre. At-
tamen non omnino excludunt illa determinatum certumque
decessoris arbitrium alia significandum ratione. Etenim quæ-
cunque illæ formulæ sermonis enuntiativæ sunt, quantum atti-
net ad modum testandi vel diuisionem liberis imperandi, dispo-
sitiuæ autem non sunt, quum non nisi formam scriptis inter
liberos ultimum proponendi edictum paternum tradant per-
spiciendæ testantium menti maxime idoneam. Perpendamus
facri affatus CAESAREI documentum triplex. Ita certe
CONSTANTINI M. AVG. iussio Lege 26. C. Famil. erciscund.
comprehensa sonat: Inter omnes duntaxat heredes suos — —
— siue captum neque impletum testamentum, vel codicillus, seu
epistola parentis memoretur, siue quoquinque aliamodo scripturae
quibuscumque verbis, vel indicis inueniantur reliquæ — — de-
fundi dispositio custodiatur. Singularem tantum imperfecti te-
stamenti inter liberos vim habentis visionem respicit, priuile-
giumque parentibus vniuersque sexus commune statuit Lege 21.
§. 1. C. de Testamentis vnta legislatorum voluntas. Correcto-

A 3

riam

6 DE DISPOSITIONIBVS PARENTVM

riam partim & suppletoriā legum harum vtrique adhibens manū **IUSTINIANVS** in *Nouella CVII Cap. I.* non alium verborum profitetur ordinem quam fini huius vtrique respondentem, vt nec vola nec vestigium deprehendatur restrietē ad scripturam prærogatiæ, nec ore tradendi dispositionem inter liberos adēcta parentibus potestas. Parum commode quoque adstruitur plenarius allegatæ nuncupationis eiusmodi defectus in iis, quarum facta iam mentio, constitutionibus; certe non statim addicenda videtur lishæcnegantibus. Quod enim ad Legem fin. C. Famil. ericfund. attinet, obvia ibi sunt ista: *sive quocunque alio modo scripturæ quibuscumque verbis, vel INDICIIS inueniantur reliæ.* Quæ, licet ex formula ipsa ad scriptæ tantum legis paternæ trahenda rediderim auctoritatem, generalis tamen amplissimæque significationis est vox *indiciorum*, qua omni parentum voluntati inter liberos ultimæ prospexit **CONSTANTINVS**, quum alias isto adhuc tempore stricta obtineret verborum interpretatio in testamento etiam nuncupatiō verborumque in eo aucepit, quæ veteris æui vitia prorsus demum exesse iussit duodecimennio post **CONSTANTIO & CONSTANTE** Coss. *sive CONSTANTINVS FIL.* *sive CONSTANTIVS* ipse editio ad populum, quod exhibet L. 15. C. de *Testamenis*. Sollemnitati itaque verborum directorum & imperandi facultatem indigitantium si alia qualisunque supponatur loquendi formula, vnde tamen colligi possit defuncti voluntas, eam nihil osciūs contra regulam iuris eatenus vigore praeditam pronuntiat **CONSTANTINVS**, quatenus parentum dispositio est solos interliberos. Reprehendit vero IMPERATOREM hunc **IUSTINIANVS** obscuritatis arguens legem, nec indicis porro locum daturus secundum *Præfationem Nouellæ CVII*; numne sic istud nobis extorquetur præsidium? Vix ita censuerim, quum profsubstrata materia, prout arti cogitandi studentes edixerit semper, accipienda sint verba emendationem complexa. Iungit Numa Romæ nouæ indicis coniecturas & quamlibet scripturam, obscuritatem ac diuinationis necessitatem ex nimia priorum rescriptio-

INTER LIBEROS NVNCVPATIVIS. 7

scriptionum CAESAREARVM indulgentia oriundam carpit, iuris que amputatur normam suggestum æstimandi priuilegia vltimæ parentum inter liberos voluntatis, quæ dubiis exenta sit atque perspicua. Sed nuncupationem, qua certa est, reiici eo minus intellexerim ex Praefatione citata, quum IUSTINIANVS ipse haec subiecerit Capiti Nouellæ primo finalia verba: *quod eius manus et LINGVA habet omnem virtutem chartæ præbitam.* Fecerat antea legislator verba de dispositionis scriptae priuilegio dignæ characteribus; quam vbi perorarat causam, subiungens rationem quandam vniuersalem linguae testatoris simul iniecit mentionem. Quare, quum præcedens oratio non nisi ad testamentum scriptum tendat, atque in argumentis voluntatis parentum recentendis versatus fuerit IMPERATOR, quae nullam linguae largiuntur partem in perficienda dispositione, non potuit non eo subducere rationes in fine Capitis, vt vindicaret eandem virtutem testamentis parentum inter liberos circa omnem scripturam, vel ad minimum circa evidenter scriptio[n]is claritatem, ore prolatis. Hæc innuens ego quidem ex fallente augurum disciplina responsum dedisse mihi non videor. Quod si vero subtiliter tantum & pensiculatè scripta iudicaris, & iuspicionem aliis adhuc haurias interpretationis, leuius haud est sententia nostræ fulcrum ratio legum istarum, quam cum IMPERATORE fecundissimo legum artifice spiritum dixeris constitutionum vitalem. Dupli ci tres, quas commemorauimus, ratione nituntur sanctiones. Alteram communem omnibus, alteram Iustinianeæ deprehendimus propriam. Illa in cultu, quem parentum præceptis debent liberi, hæc in obice obscuritati ponendo & perspicuis reddendis latet parentum dispositionibus, quod abunde loquitur præfamen rescripti Iustinanei correc[t]orii. Fauet autem utrumque fundamentum vindicis dispositionum nuncupatarum. Sententiosae nimirum formulae, oportere morientium voluntates, quando sunt parentes, omnibus modis inter filios tenere, vnde reuerentiam, ad quam parentibus exhibendam tenentur liberi, in causa remissorum testantibus inter

§ DE DISPOSITIONIBVS PARENTVM

ter liberos parentibus sollemnium esse monuerunt **SUBLI-**
MISSIMVS SVMVS CANCELLARIVS *Iur. Civ. Controv. Lib.*
XXIX. Tit. I. quæst. 10. et PERINLVST. quondam **D.N. IVST.**
HENN. BOEHMERVS *Introd. in Ius Digeßt. Lib. XXIX. Tit. I.*
§. 13, derogaret circumscribenda limitibus & cogenda inter
eos arctiores testandi libertas parentum. Certitudinem ex
aduerso & perspicuitate voluntatis eorum ultimæ probatio-
ne per testes vel, si his plena fides fieri non possit, aliqua ta-
men conciliata sit, iurisiurandi necessarii præstatione vel,
prout opportunum videtur, delatione euinci quis negarit? Si-
lentio iam traxit analogiam iuris, quæ eundem venire jubet
in censum duo ista summa testandi genera, aliud scilicet
scripto, aliud nuncupatione perfectum, ut in sollempni ita & in
minus sollempni dispositione. Caput istud constitutionis **MA-**
XIMILIANI I. quod obstare nobis censetur, **IVSTINIANI**
repetit normam, ideoque his ipsis, quæ pro soluendis huius no-
dis in medium protulimus, cum nostra facillimum est ad con-
ciliandum assertione.

§. V.

Varii modi
condendi
probandique
dispositio-
nem paren-
tum inter li-
beros nuncu-
patiuam

Quiescunque ergo alia ratione præter scripturam iuxta
Nouelle CVII. dictamen concinnatam explicata est explorato-
re testantis inter liberos voluntas, deque ea declarata constat,
plenissimum eidem accommodandum esse robur, suadentibus
existimo legibus. Rem ipsam ita cape. Nullam plane haberi
solemnitatis respectum, soliusque luscipi probationis nego-
tium, **CAESAREA** indigitant oracula. Hinc neque testium
numero sollempni, neque ullo nuncupationis rito anxie obser-
vato, quos requirit alias nuncupatiuæ indoles testamenti, quale
præter amplissimos plures legum commentatores & iurispru-
dentiae ciuilis inuestigatores diiudicandum sstant **BORGARD.**
PARDILVS, **IOACHIMVS NERGERVS**, **IEREM. EVERARD.**
LINCKIVS & Summi Nominis I. **Ctus VIR IN LVST.** **FER-**
DIN. AVG. HOMMELIVS, dispositio parentum interliberos
nuncupa-

INTER LIBEROS NVNCVPATIVIS. 9

nuncupatione absoluenda non indiget. Quum enim ad firmandam asserta veritatemque euincendam sufficient testium saltem duorum elogia, secundum L. 12. D. de Testibus, coram iis quoque voluntatem parentum per nuncupationem recte exprimi sensere iam l. Cti minime vulgares HARTMANNVS PISTORIS *Quæst. illustr. Libr. I. Quæst. 2.n. II. RICHTERVS Decif. XXIX. n. 84.* GOTTMANNVS Vol. II. Conf. XCLIX. n. 202. IOAN. BRYNNEMANNVS ad Authent. *Quod sine C. de Testamento. n. 14.* IO. SCHILTERVS Exercitat. ad Pandect. XXXIX. §. 128. Neque aliter comparatum est cum dispositione scripta, quæ requiritur, quas Nouellæ CVII. imperat auctoritas, vel profus destituitur, vel eorum intuitu non omnibus absoluta est numeris, testium autem sive subsignatione sive præsentia sola roborata. Huius proposito indolis est ultima voluntas scriptis quidem concepta nec tamen a testatore ipso exarata nec ab eiusdem subscriptione præsidium consecuta, in qua vero condenda testium adhibita præsentia. Respondit IN LVST. I. CTORVM REG. FRIDERICIANAE ORDO interprete Præside iura dispositionis huiusmodi maternae, quæ manu arque subnotatione testatrix inter filium nepotemque ex filia de successione statutis carebat, sed rogante testatrice a testibus chartae mandata, prælecta disponenti, denum a quatuor testibus subscripta impressisque munta erat signaculis. Singulare materno isti autoque de bonorum sortiendorum ratione commentario adhuc infertum caput, exercitiae nimurum in ecclesiam liberalitatis, de qua tamen partes non disceptabant, quum recte quidem in scripto pariter ac in nuncupatio parentum inter liberos testamento, si vel nullus vel unicus tantum adfuerit testis, exulet piae fauor cause, omnino tamen duobus præsentibus testibus, prout in omni testamento ad pias causas obtinet, sit attendendus. Absimile non est testamento paterno inter liberos absque testantis scriptura coram testibus condito aliud ultimarum voluntatum genus, si nempe iis in locis, vbi coram Tabellione atque duobus testibus legem de bonis dicere extremam non licet, Tabellionem sumere calamum testator iusserrit,

B

pagi-

10 DE DISPOSITIONIBVS PARENTVM

paginasque ita procedere, vt vel solius Notarii vel simul vnius vel duorum testium sive praesentia tantum, sive consilio quoque manuue vtatur subsignante. Quo etiam spectat Tabellionis opera, verum citra omnem testium praesentiam, vel vnico solum aduocato, confectum testamentum iis in terris, vbi coram Tabellione quidem, sed duobus testibus concurrentibus, testari fas est. Opus autem est in quacunque earum, quas re- censuimus, inspectionum iureiurando testium ad asserenda ea, quae circa condendas tabulas contigerunt, quo constet de vol- luntate disponentis quoad singula dispositionis argumenta; quam iuratum testium depositionem cuiuscunq[ue] aliis etiam testamenti nuncupatiū requirit auctoritas *L. fin. C. de Testamen- tis. GE. AD. STRVVIS Exercitat. ad Pandect. XXXII. th. 14.* Quodsi autem duos non rogauerit disponsens testes, mortuusue sit quidam ex rogatis, vel neutrius eorum haberi posfit copia, indeque sacramenti illorum fide testamenti vindicari nequeat ingenuitas: de veritate tamen eruenda non est desperandum. Qum enim follempnum nulla habenda sit ratio, probationis solius necessitas neutiquam refragatur petitioni testamento nitenti eiusmodi argumentis firmandae, quae faciunt ad supple- dum iureiurando, quod plenae deest probationi: vti nec prorsus reiici merentur, quae adeo verisimilem reddunt dispositio- nem, vt iureiurando, quod purgatorium vocant, reo momen- torum fatagendum sit elidendorum. Eo enim, quod ex con- ieceturis valere parentum inter liberos dispositionem non sinat *IVSTINIANVS docente Nouella CVII. Cap. I,* minime efficitur, eundem omni plane vi probandi accedendiue aliis et cumulatius deinde stabilendi dispositionis vigorem priuasse singularia, quae circa declarationem voluntatis, consilium testandi, modum erogandi bona ipsum infinitaque alia occurrunt, momenta. Etenim in eo solum laborauit *IMPERATOR*, vt incertae istiusmodi ambiguaeque voluntati omnimodam, quam priorum indulgentia Principum sortita erat, detraheret efficaciam, neque fine causa grauissima legitimam immutandam iudicarit successio- nem: quae legislatoris sententia vtique diuetsissima est a nega- tione

INTER LIBEROS NVNCVPATIVIS. II

tione virtutis adminiculandi et eundem in modum, quo alias probationis imperfætæ ratio initur, instruendi litem. Mutuum praceptorum disciplinae legalis consensionem et conspirationem, seu iuris analogiam, iterum in medium proferimus, quo luculentius nostræ fundamentum ob oculos ponatur adfertionis. Datur iure recentiori, IVSTINIANI ex iussione quum in *Sphum fn. Inst. de Fideicommissar. hereditat.* tum in *Legem vlt. C. de Fideicommissis* relata, modus fideicommissa et aequalia his legata imperandi priuilegio adfectus, in quo non nisi voluntatis probatio citra sollemnum auctoritatem est perpendenda, si nimirum praefenti testator iniungat heredi necessitatem restituendi fideicommissum praestandique legatum. Soluti sollemnibus quibuscumque formaque festiuæ fideicommissi, cuius restitutionem testator heredi coram imperat, ideo se cepisse profiteretur IVSTINIANVS, quia cunabula fideicommissorum a fide heredum pendent et substantiam acceperant, vnde nec depere vltima testatoris debeat voluntas fidei heredis commissa, sed voluntati mortuorum prossicendum sit et aequitatis ratio procedat, legesque iustis dispositionibus testatorum omnimodo heredes obedire compellant. Quo constantius autem sit mandatum tale decefforis, iurante prius de calumnia legatario vel fideicommissario nullis aliis adueniis probacionibus requisitis sacramenti religione adigendum esse statuit legislator fiduciarium heredem ad veritatem dicendam, recusans vero manifestationem sive dispositionis ipsius sive quantitatis relictae ad exequendum defuncti mandata iussu cogitur IMPERATORIO. His autem, quas recitauius, vtriusque sanctionis IVSTINIANÆ fundamentis si reliqua iungas duplicitis huius auctoritatis verbâ, in primis *Legis vlt. C. de Fideicommissis*, haud adeo ineptum iudicaris argumentum ab iis ductum ad modum probandi dispositionem parentum inter liberos nuncupatiuum, electa ab his, qui in eiusdem allegatione requiescent, fide negantium ac religione. Tunc enim, vbi per testium sollemnitatem res ostendatur, et numerum testimoniū et nimiam requiri subtilitatem monemur, ne quid falsitatis incur-

12 DE DISPOSITIONIBVS PARENTVM

rat per duos forte testes compositum testamentum. Quadrant haec ipsa legalis argumenta oraculi ad parentum interliberos testantium nuncupationes, si liberis heredibus institutis vel cuidam ex illis ultima persequendi iusta imponatur necessitas; qua de causa, cur de communii eorundem dubitandum sit effectu, me quidem fugit. Sed quodsi non improba fuerit libido, in his operam posuisse monitis, et vindicasse dispositionum ore nuncupatarum vel solitariam vel optandam delato iureiurando probationem, haesitandum tamen forte eset in admittendo idcirca iureiurando tam suppletorio quam purgatorio, prout sacramentorum iudicis arbitrio ob imperfectas probationes praefandorum vocantur genera. Sane in ea quoque, quam dictae §. fin. *Inst. de Fideicommissariis hereditat. et L. vlt. C. de Fideicommissis* diserte ponunt, inspectione priuilegio suffultam fideicommittendi rationem non nisi sacramenti ab herede vel coherede exigendi licentiam ei, cuius interest, largitum esse autem *iustiniianum*; quod in primis superstitem eum, cuius fide ac religione res discutienda, postulareret, vt eo viuis exempto prorsus excideret spe demonstranda vel eliciendae veritatis, qui lucrum ex ultima voluntate captaret nuncupativa. Vnde prono fluere videtur alueo, quod minor adhuc esse debeat fauor momenti, in quo ad exemplum tantummodo trahenda sint aliam rogatae in causam legis fundamenta. Ego vero nullus a me impetrare possum, vt neglecta interpretatione oraculi supra excitati, ex quo eiusdem patet ratio, ex sola, quam tradidit **IMPERATOR**, negotium aestimem visione. Suadent potius naturae maxime consentanea eoque nomine bis legi digna iussionis **CAESAREAE** verba leuorem etiam probationem, non simpliciter quidem, sed eum admittendam in finem, vt non secundum tritissimas folium perulgatasque de pondere probationum regulas, verum, quo praesertim voluntati defuncti quovis modo consulatur, pro varietate argumentorum haec, quoad grauiora sunt et momentosa, sacramentorum fide confirmantur, quoad leuiora habentur et veri non adeo similia, eadem elidantur. *Quod heredis fiduciarii iusuerandum*

randum suppletorium vel fideicommissarii purgatorium pro quantitate probationis rectissime decerni, obseruando notauit STRYKIVS Vf. Modern. Lib. XXXVI. Tit. I. §. 9. Simillima autem est et maxime gemina natura fideicommissi, quale capita ista iuris designant, atque editorum a parentibus inter liberos hereditatis et a morte pendentes lucri causa pronuntiatorum: quapropter idem his destinasse haud incommodum ratus fuerim liquidius iudicandi et ex tenebris ea extrahendi artificium. Quod sicco transeat haec IVSTINIANVS pede quum in elementis doctrinæ iuris tum in oraculo, quod ex Codice in medium protulimus, nobis parum aduersatur, nec inde refellendorum, quaertradidimus, peragitus negotium. *Suppletorii* et *purgatoriū* iurisiurandi voces recentioris aeuī sunt, inaudite atque invitatæ ea, qua omnes vixere iuris civilis tam antiqui quam recentioris auctores, aetate. Peregrinitatis tamen ipsam a iudice profectam insimulare delationem, prohibent capita fragmentorum et constitutionum, præcipue L. 31. D. de *Iure iurando*, qua non solum, quod suppletorium nobis audit, ceu DION. GOTHOFREDVS et interpres faltem non omnes existimant, verum etiam id, quod purgatorium vocamus, nititur; siquidem saepe in dubiis causis iudices, exacto iure iurando, secundum eum, qui iurauerit, iudicare innuit CAVS. Magis adhuc stabilita iudicis in religione partium ad litis decisionem excitanda libertas vti a DIOCLETIANO et MAXIMIANO AA. in L. 3. C. de Reb. credit. et iure iur. ita et a IVSTINIANO ipso Lege 12. C. Eod. Quum itaque non ignorarit aetas ista iudicium in exquirenda partium fide auctoritatem, naturalis efficit et necessaria rerum consequentia, iuxta easdem regulas esse dirimendam de quibuslibet momentis, in quibus de probatione tantummodo quaeritur, contentionem. Quin, si Pontificii demum cautione iuris imaluisisse iudicium potestatem citra partium delationem exigendi iurandum largiamur, eoque ex capite vtrumque sacramenti istius genus nostris vindicemus foris, non incongrue tamen, stante illo, quo nunc vtrumur, ordine iudiciorum huc trahenda

14 DE DISPOSITIONIBVS PARENTVM

effent praestandi iudicum ex imperio iurisiurandi fundamenta, quum, de quo copiose iam differuimus, satis habendum sit ostendisse veritatem voluntatis testantium inter liberos vltimae. Pauci effluxere menses, ex quo secundum hacc principia modum huncce probandi efficacem dispositionem fideicommissariam matris, quam filiae praesenti, quae deinde post matrem diem subierat supremum, cuius ergo religionis nulla amplius poterat haberri ratio, mandasle ferebatur, tuitus est INCLVTVS I. CTORVM REGIAE HVIVS ACADEMIAE ORDO respondentie Praeside: quamuis quoad causam controuersiae subiacentem ipsam, si plenius erui alias non potuerit, purgatorio de credulitate in fine litis plurimum dandum fore, per nonnulla fideicommissariis, quales se iactabant, aduerfantia coniectare licuerit argumenta, simulque ob deficiente intuittu honorum ex fideicommissio restituendorum disponendi facultatem legi non omnino standum fuerit maternae.

Distinctio
specierum
dispositio-
nis parentum
inter liberos
respectu ma-
teriae.

§. VI.

Pluscula iam protulisse mihi videor de diuersa probandi dispositionem nuncupatione parentum ad liberos peruenientem ratione, nec ad aliquem hac in re adhuc allusorum scopulum. Igitur formam earundem externam vt politiorem cultioremue requiram pro vario ipsis vltimae voluntatis genere, classibusue, in quas decessorum colliguntur sententiae, non est, siquidem externa haec testamentorum, codicillorum, hisque affinium dispositionum differentia ad variam se refert sollemnium indolem. Vnica vero dispositionum, quae successio-
nis modum statuunt, non est distinctio a forma externa et sollemnibus perita: aliam potius ei iura iungunt a forma interna seu rectius a materia pendenter. Simplicem hinc ex neces-
saria consecutione conficimus conclusiōnem, priuilegijs etiam superbientem vltimam voluntatem non vbiique aqualem esse inuicem, quoad materiam siue formam internam. Equidem ex hac intelligimus notas et characteres distantium ac dissimili-
marum dispositionum constantes, nulli vnquam sollemnis exter-

externae obnoxios discrimini. Certe testamenti atque codicillorum dispar ex institutione heredis directa aestimari debet natura. Aliud quoque est, vncias assignare vel etiam rem singularem, aliud a legitimo quidem non recedere successionis ordine, sed singula cuinam cedere debeat hereditate comprehensa bona, definire. Neque excludenda sunt a privilegio dispositionis parentum inter liberos, quibus lucrum aliquod cuidam ex heredibus, quod ipsi demum ex morte disponentis fructui est, tribuitur. Tandem facinus est, peregrinis tantum delectari, immo scelus, hostilia sequi Romanorum castra, transfugarum more, dulcissimumque negligere laboris fructum, qui nativa est patriorum institutorum gloria. Exploratorum itaque prope vtramque Romanum defunctis officio nobis ad horas reuertendum est patrias, quo, Germanicae succedendi normae quid proprium sit hoc in causa, contueamur. Singula haec nus enarrata momenta paulo curiosius atque contentius nunc erunt nobis expoundenda.

§. VII.

Perelegans priscae Romae I. Cts creditum fuit testamen-
torum ab omni alia scheda omniisque decessoris iussione diu-
tium sola nixum conceptione verborum, quum imperatiuis
directisque, non ad rogationem deflecentibus et obliquis
vtendum esset ad scribendum nuncupandumque heredem formu-
lis. Verum non licet aquilis captare muscas, ac desinunt merito
nugari graues legum scrutatores post Legem 15. C. de Testamen-
tis, quæ ademit ipsis pristinam ineptias agendi occasionem et
cauillationum ressecuit materiem. Quare nunc iure Roma-
no recentissimo et in Germania vis testamentorum vnicet latet
in heredis directi institutione, quae essentialie, philosopho-
rum utrū dicendi genere, testamenti constituit et materiam
eiusdem. Lege, sis, DNI PARENTIS Praesidis Diff. de Dif-
ferent. Iur. Rom. et Germ. in Heredis Institutione Voluntaria et
EIVSD. Diff. de Diff. Iur. Rom. et Germ. in Hered. Institut. ne-
cessaria. Parentum autem, qui testantur inter liberos, ea
in primis cura debet esse diligentissima, vt liberos ac descen-
den-

to parentum
inter liberos
nuncupata-
rio tan-
quam Ima
specie dispo-
sit. par. int.
lib. nuncup-
pat.

16 DE DISPOSITIONIBVS PARENTVM

entes omnes scribant heredes, saltem in legitima, vel exheredes adiecta causa ex *Nouella CXV.* petita. Quodsi hac in re quid neglectum, testamenti in propria significacione iure defituitur et effectibus quaecunque parentum dispositio sollemnis aequo ac minus sollemnis iuxta *Nouellam CVII. Cap. I.* *Nouell. CXV. Cap. III.* IN LVSTRISS. DN. L. B. DE COCEII Iur. Civ. Controu. Lib. XXIX. Tir. I. quaeſt. 10. Ex ipſa quoque bonorum ſubſtantia, et pre proprietatis non vſufructuario iure, titulo vniuersali ſeu in parte bonorum quota, non in parte quanta ſeu re singulari, quorū et referenda eſt pecuniae ſumma, porro directa heredis destinatione, nequitiam fideicommissaria lege, pure itidem neque conditione, neque die, ex quo vel in quem hereditate gaudendum ſit, neque modo accendentibus, tandem abſque onere praefandorum legatorum aut fideicommissorum, legitima relinquenda eſt hi, qui cauſa ad exheredes ſcribendos liberos ex auctoritate *Nouellae CXV.* ſufficiente diſerte addita hereditate expreſſe non fuſt priuati. cit. *Nouell. CXV. Cap. III. in fin.* SAM. STRYKVS de Cauteſ. Testamenſ. Cap. X. §. 10. DN. PARENſ. Praefidis Diff. de Hered. inſtit. neceſſaria. Minime ergo ſufficit facta honorabilis tituli institutionum mentio, ſi deinde bona quae dam singularia destinata ſint heredi, cui debetur legitima. Longiſſime tamen a viſione hac diſtat alia, ſi nimirum legitima ipſa directo & plenifimo heredis institutionis titulo ei cedat, fed vel aliis liberis praeflegatorum tantum obuenierit, vt inde ſalua non ſit legitima, ad quam ſupplendam hoc agendum eſt in caſu, vel aſsignata ſimul bona certa, ſive adiecta aſtimatio ne ſive non; ſiquidem talis bonorum singularium ab uno ex liberis poſſidendorum aut quantitatibz pecuniae ei ſoluenda de signatio implicite conteret diuisionem inter liberos, ea nempe teſtatoris mente, vt reliqui liberi quidquid ſupereſt bonorum, ſortiantur; qua designatione ſi fraudem legitimae factam ceneat eiusmodi heres, vt pariter ſupplementum illius exigat, ipſi eſt integrum. Nuncupatiuum inter liberos teſtamentum itaque eſt ultima voluntas parentum citra ſcripturam validam declarans

declarans heredem directum ex liberis et inter liberos. Scripturam si adhibuerit testator, sed vel alienam, vel die et consule carrentem, vel numerorum significatione, non integris litteris, vniuersas perscripscerit, adhinc autem argumenta probandi §pho V. tradita, tanquam nuncupatione perfectum valebit testamentum. Idem obtinet, si vel testamentum nuncupatiuum folleminne admixtis heredibus legatariis extraneis affectarit testator vel scriptum folleminne ad extraneos lucri aliquid pariter perferens, indeque his, quae ad priuilegiatum inter liberos testamentum scriptum requiruntur, destitutum, cui tamen ultimae voluntati testimonii plenius deest robur. Extraneo quidem proficuum esse nequit eiusmodi testamentum, quum arceant eum ab omni spe lucri perspicua *Novellæ CVII.* verba. Sed non obstat admixtio, quo minus inter liberos ipsos obseruetur paterna materna fæcilio, quam testator, licet non adicerit clausulam saluandæ dispositioni, si folleminibus forte caruerit, accommodans omnino valere cupit: quum non tam folleminitatis, que deest, extraneique admixti studio, quam errore in re testamentaria hausta apud nos ex peregrinis legibus succubuisse censendus sit, suadeantque summa interpretationis principia eam voluntatis hominum acceptionem, quae subsistere dispositionem potius quam corruere iubet. Ut ergo utique standum sit hic tristissimac iuris regulæ, quod utile per inutile non vitietur.

§. VIII.

Quemadmodum instaurato senioris interpretationis usu per Legem 15. C. de Testamentis circa corticem verborum directorum in testamento ad indolem eius describendam non haeremus, nec unquam, testantibus antiquissimis legibus patriis, haefere Teutonici sanguinis populi, solidiusque iam suppetit fundamentum dijudicandi testamenta, directi scilicet heredis institutio: ita nec obliquum iam curamus in codicillis genus sermonis, vbi imperatiuis etiam confici possunt formulisi.

C

Con-

*De codicillis
parentum in-
ter liberos
nuncupati-
uis, que
illa species
disposition.
par. int. lib.
nuncupat.*

18 DE DISPOSITIONIBVS PARENTVM

Constans itaque perpetuumque indicium codicillorum directi defectus est heredis, fideicommissorum ex aduerso et post aequalitatem a IVSTINIANO stabilitam legatorum constitutio. Rectissime inde colligimus, adeisse codicillos nuncupativos parentum inter liberos, si directus heres scriptura ad dispositionem inter liberos minus apta vel sola nuncupatione institutus non sit, legata vero heredibus legitimis inter se impetrata, vel fideicommisso vnuſ alterue horum in reliquo rū grauatus sit favorem, nec non si directus quidem ex liberis nominatus sit heres, sed non iuxta tenorem *Nouellae CXV.* cum *Nouella CXVIII.* collatum. Posteriori hoc momentum distinctius nunc exponendum. Vſumfructum, non proprietatem legitimae vel etiam plurium, quam haec comprehendit, imino omnium bonorum si heredi legauerit testator, si rem singularem, licet quantitate superet legitimam, non partem hereditatis quotam destinari, si secundum tantummodo esse iuſſerit heredem non primum, qui legitimae intuitu primus esse deberet, si eidem fideicommissi ſolum iure largitus sit partem bonorum quotam, quamquam maiorem ea, quae directae per modum institutionis vindicanda fuſſet ipſi, si citra causam exheredandi *Nouella CXV.* comprobatam apposuerit institutioni, directae quoque et primae, conditionem vel diem sive totius legitimae refpeſtu sive quoad aliquam eius partem: aequa eſt ac ſi praeteritus sit quis ex heredibus legitimis, et intestatae ſucceſſionis lege portionem hic nanciscitur filialem. *Nouell. CXV. cap. 3. princ. et §. 14.* Clauſula tamen codicillari, quae diſpositionem animo conditam testandi in euentum nullitatis immutat eamque obliquat, MENOCHIO recte iudicante Lib. IV. de Praeſumptione. praef. 60. n. 82. si munitum sit testamen- tum, pro codicillis ad heredem ab intestato directis habetur, ex quibus hic portionem filialem ab intestato ſibi competentem morteque in ipsum transmiſſam fideicommissi lege vel plane et ſimpliciter vel ad tempus, ſi nempe dies ex quo heredi legitimo dictus fit, reſtituere teneatur ei, qui in ipsius locum quoad heredis diſpositionem primam directam ac puram eſt furro-

surrogatus, quae tamen restitutio detractionem supponit legitimae pariter ac Trebellianicae cauentibus *capitibus 16. et 18.*
X. de Testamentis, vnde animaduersio B. DNI BOEHMERI
Instit. Iur. Canon. Tit. eod. §. 8. Hunc in modum rem accipiendam esse, intuitu cuiuscunque dispositionis, sollempnis pariter, iamdum deduxit D N P A E N S Praefidis *Diss. de Hered. institut. necessar.* cui responsum subiecit I N L. I. C T O R.
 HALLENS. ORDINIS sententiae huic seruiens firmandae; quia et alias saepius *IDEM* haec iuxta principia pronuntiauit O R D O. Facile nunc apparat, codicillorum nuncupatiuorum praerogativus affectuarum subesse toties caufam, quoties citra id, quod in dispositione inter liberos scriptis concepta requiritur, datur parentum dispositio inter filios determinans succedendi normam liberos, uno tamen alteroue eorundem quoad heredis institutionem directam praeterito. Supra iam binorum mentionem inieci casuum, vbi Praefes pro codicillis eiusmodi nuncupatiuis parentum *M A G N I F I C I I. C T O R V M O R D I N I S* nomine responsum dedit. Quam autem vtriusque ratio facti, quam vriue respicit dectio, nonnullis plenius confet momentis, quae extrinsecus partim et appendicu[m] quadam similitudine rei cohærebant, breuiter de his pro necessitate verba faciamus. In dispositione, cui quasi testamentum conditura quatuor testium præsentia adscita prospexerat, in qua tamen testatrixis manus et subnotatio nulla, sed exarata omnis voluntatis significatio iubente testatrice a testibus, qui et nomina et signaculorum impressionem addiderant, instituerat faemina heredes filium et ex filia, quae fato ante matrem occubuerat, nepotem, ita ut vniuersa immobilia, agrorum, pratorum, saltusque quidquid ad disponentem spectabat, nec non creditum thecae nummariae peculium, instrumenta ruri colendo apta, res mouentes, penus, suppellex et quaecunque alia ad rem familiarem pertinentia filio obuenirent, hic e contrario nepoti aliquam nummorum penderet summulam, cuius solutionem annum definitam indulserat simul filio, statuens pariter, quanti partem ex praediis compensandam ducat, quanti numeratae

20 DE DISPOSITIONIBVS PARENTVM

meratae pecuniae, mouentium rerum, atque suppelleciliis ademtarum causā legarit. Deficiente prorsus heredis directi nominatione, quantum ad nepotem legitimū successorem attinebat, testamenti vis nullatenus vindicanda erat dispositioni illi, nec tamen ea pro diuisione accipi poterat inter liberos, quum successionem legitimā et eam, qua ab intestato gauisus fuisset nepos, non admisissē testatrix. Hęc ideo fluxit consecutio: *Dass die quaestione Disposition, wann die adhibirte Zeugen eydlich bestaercken, daß solche auf der Erblasserin Verlangen zu Papier gebracht, ihr vorgelesen, und sodann von ihnen unterschrieben werden, zwar weder als Testamentum noch als Diuiso marris inter liberos, jedoch als ein Codicil beſtelle, also die ganze Verlaffenſchaft auf der Erblasserin Enckel H. M. F. zur Helfte ab intestato verfallen, dieser gleichwohl folche Helfte iure fideicommissi vniuersalis detracta legitima & Trebellianica seiner Mutter Bruder H. M. T. zu restituiren schuldig sey.* In altero, de quo agitata mentio, casu fratres omnem defunctae sororis hereditatem mobiliarem, quae legis, cui in prouincia standum est, cautione alias marito debetur superstiti, sibi eam vindicare studebant ob causam, quod mater morte pridem deleta, vbi extremum fere traxisset spiritum, sorori actorum praefecta ore declarasset, semet ipsi quodam valitudinis genere tentatae et infirmo afflictae corpore ad vitam commodius agendum aliquot mille Imperialium futura largiri ex hereditate prae vtroque fratre praecipuum, ea tamen lege, ut post fata filiae olim integra huius ad fratres peruenirent bona. Pensatis vniuersis, quae causae cohærebant controverae, momentis demum ita censendum erat: *Dass nach denen von beyden Partheyen in actis angeführten Umständen zwar die angebliebe mutterliche Disposition in formalibus beſtaendig seyn würde, jedoch theils an deren existentia zu zweifeln, theils eine renunciatio von Seiten derer Kläger geschehen, zudem solche Disposition vor ungültig (respectu bonorum filiae proprietorum & eius, quod excedit legitimam) zu halten, allensals der hinterbliebene Ehemann der Tochter die legitimam und Trebellianicam abzu-*

INTER LIBEROS NVNCVPATIVIS. 21

abzuziehen Recht habe. Immo si decessor dispositioni vel non prospexerit appendice, quam dicunt clausulam codicillarem, in euentum deficientium testamenti efficacis requisitorum, subintelligi debere eandem ideo reor, quoniam optimo quo-uis et eo, quem leges sinunt, modo ultimam valere testator quilibet cupit voluntatem nec eam destitui exitu, vti nec error imperitorum, praefertim subtilioris, quae concernit ge-nera voluntatis ultimae, distinctionis neglegētus ad mentem te-statoris praesumtam eliminandam sufficit. Etenim lapsus circa omīsam salutarem istam imprecationis formulam si sciuisset, eandem accommodam futuram aut sustinenda dispositionum auctoritati aut eidem ipsis conciliandae, e consilio non priu-asset se solatio hocce, a quo tunc potius praesidium petitus omnino est iudicandus.

§. IX.

Citra testamentum & codicillos fideicommissum tam uni-versale quam particolare, & huic aequale legatum singulari-quodam seu praerogatiua nacto constitutum modo ex §. fin. Inst. de Fideicommissar. hereditat. et L. ult. C. de Fideicommissi-praeccipiente valens IVSTINIANO, pro peculiari accipitur ul-timae voluntatis genere. Sed iam contuiti sumus flores in hac sege natos, vbi modos probandi dispositiones parentum in-ter liberos sub censum vocauimus supra §. V. quo loco simul existimandum fuit de applicatione argumenti istius ex legalium ratione fationum: quare nunc ut respondeamus super quae-stionibus huius naturae, quae in proclui sunt ex traditis, la-boris effet superforanei.

IIIta species
fideicommis-
sum et lega-
tum liberis
coram in-
iunct. modo
priuilegiat.
ex L. fin. C.
de Fideic.

§. X.

Liberalitatem, quae mortis causa donationis venit ad-pellatione, ultimarum referri in numerum voluntatum, IV-SESTINIANI dubietatem pristinam explodentis oraculo in L. C 3

IVta species
mortis causa
donatio pa-
rent. int. li-
v/t. ber.

22 DE DISPOSITIONIBVS PARENTVM

vlt. C. de Donation. caus. mort. monente intelligimus. Sola nuncupatione absque vlla voluntatis declaracione scripta **firmitate manere vallatam eiusmodi donationem, iussit IMPERATOR.** Quam ob causam vti quinque testium sollemnitate munitam nuncupatiuam reēte fieri arbitratus est; ita et ex ratione huius constitutionis iuncta ratione *Nouellae CVII.* carentes sollemnibus formaque codicillorum ordinaria mortis causa a parentibus inter liberos per nuncupationem facta donatio stabilis esse debet, et eodem, quo codicilli vtuntur nuncupatiui, censeri iure. In eo iam non collocabimus operam, ut planum faciamus, an liceat parentibus exercere huiusmodi liberalitatem in liberos, vel quatenus vim nanciscatur donatio liberis proficia: siquidem in praesentiarum de modo tantum eam perficiendi quaerimus. Praeter hoc mortis cogitatione nixae donationis genus, quod Romanarum ad amullim examinandum est legum, aliud patriae nostrae adhuc docent instituta, quod nimurum induit pacti indolem successorii, de quo pariter ac de notis, ex quibus donatio mortis causa discernenda est ab ea, quam inter viuos post mortem implendam dicimus, fusiori disputauit adparatu **DN. PARENTS.** Praesidis *Diff. de Different. Iur. Rom. et Germ. in Mortis causa donatione.* Quam autem pactum successorum valeat vetustissimorum auctoritate morum Germaniae scriptarum tabularum aequem parum ac solemnium in cura haerentis, quam antiquissimam simplicitatem cultumque in affectatarum patriae consuetudinum haud exterrinavit Latini iuris in subsidium et aliquod legum domesticarum, quoad ipsae deficiunt, leumentum contingens pridem adoptio: expeditum est, quod nihil intersit, quacunque ratione veritas pateat vel stabilitur donationis ad patriarchum iurium regulas, a parentibus liberorum intuitu perfectas. Quo maior enim est fauor dispositionum a parentibus inter liberos conditarum, si generatim spectentur, eo efficacior non potest non esse idem sociatus perpetuæ et ingenitæ quasi negotiorum iadoli.

§. XI.

§. XI.

Erogantur aliquando bona liberalitate atque addicuntur, Vta species
 ita vt iisdem donatus statim consequatur dominium, nec in- donar.parent,
 tegra amplius donatori facultas mutandi consilium, suspenso int. lib. quae
 tamen effectu donationis, quantum ad rem donatam posiden- fit inter vi-
 dam attinet, et ad mortem donantis rejecto. Haec munifi- vos post mor-
 centia in classem vitimarum voluntatum licet non sit referenda, tem imple-
 neque ad hereditatem donatoris pertineant donaria, et hanc da.
 ob rem computanda non sint in determinandis legitima, Falci-
 dia ac Trebellianica, quum separanda sint potius ab iis, quae
 tanquam bona defuncti hereditatis compleat massam: nihil
 minus digna est eiusmodi largitio, cuius hoc loco fiat men-
 tio. Certe propterea, quod effectu, quem indigitaui, post
 obitum donantis demum gaudeat, cui quid contingit libe-
 ralitate tali, ad hanc quodammodo in enumerandis attenden-
 dum est generibus dispositionum de bonis morte in alios trans-
 mittendis. De valore autem donationis parentum inter libe-
 ros verba faciendi locus esse non videtur, (§. X.) nec immora-
 mur ventilandis quaestioneibus de donatione maioris ponderis
 et quantitatem quingentorum solidorum excedente actis tam-
 men haud insinuata, de momenti huius Germanicorum iu-
 rum dictamin contrariantis in Germaniae hodiernae terras
 alias irrepentis, ab aliарum finibus detrusi, fatis, ac de interitu
 reliquisque morum patriorum pristinorum liberalitatis exerci-
 tio quum vniuersim et intuitu eorum, qui prosperitate vte-
 bantur valetudinis, tum in his, qui imbecillo afficti corpore,
 limitibus circumscripto arctissimis.

§. XII.

Donationis, qua benigne sunt parentes liberis, causae Vta species
 non absimilis est remissa conferendi accepta a parentibus ne remissio col-
 cessitas. Testamento et codicillis communicationis honorum, lationis inter
 quae a munificentia parentum ad aliquem ex liberis perlata
 sunt, veniam dari possit constat inter omnes et exemptum est
 dubiis.

24 DE DISPOSITIONIBVS PARENTVM

dubiis. Fauer autem praeterea liberis donatione parentum lucri aliquid percipientibus voluntas indulgendi immunitatem a collatione alias declarata vel ex argumentis colligenda probabilibus. Etenim in genere nihil impedit, quominus inter vivos remitti possit collatio. Deinde vel donationis ipso facto, verbisue, quibus est vsus, restatum facit parens animum plus tribuendi cuidam ex liberis ac reliqua proli, & inde inaequalitas, ad quam euitandam comparata est collatio, diserte statuitur, vel causam subiectit liberalitatis, quae tollit omne collationis fundamentum. Ita profecto fese habet res, si nullo vñquam tempore donata se reperiturum donator spondeat, ergo ex bonis ipsius ea prorsus exesse velit, si compensandae operae in parentum negotiis collocatae causa munera sparferint parentes, si tranfigendi vel diuidendi bona parentis alterius praemortui animo dona in liberos contulerit parentum alter superstes; vti & seria & ex consilio atque destinatione proficisciens voluntas rem donatam plenissime & praecipuo iure donatario vindicandi aliquando colligi potest ex acceptatione donationis iubente donatore a donatario diserte facta scriptis declarata, quo certius constet de commido parentum ex largitione in liberos redundantem. Liqueant ex his argumenta pariter ac modi probandi remissionem collationis nuncupatiuam, siue orali sola parentum in iussione requiescentem, siue scriptis, quibus ob deficientia requisita, quae leges exigunt, satis roboris haud est, nitentem.

§. XIII.

VIIIma spe-
cies diuifio
parent, int.
lib, nuncu-
patiu.

Ipse IVSTINIANVS *Nouella CVII. Cap. III.* parentum inter liberos diuisionem legali complexus oratione singulari profert visionem, in qua datur priuilegium voluntatis parentum inter liberos ultimae. Est autem diuifio parentum inter liberos *actus*, quo saluis vñciis hereditariis legiūmis statuit parens, quae aſſe hereditario comprehensa res cuique liberorum vñciarum suarum cedere debeant nomine. Nihil omnino mutandum

tandum est in diuisione per se tali quoad successionem ab intestato, nisi forte iunxerit heredis institutionem legatumue diuisioni disponens: in qua tamen inspektione postulat indoles dispositionis, ut instrueta sit iis, quibus opus est in testamento vel codicillis parentum inter liberos condendis. Quum vero plurima huiusmodi momenta scripturam sariant ultimae voluntatis indicem: merito eadem ponderanda sunt argumenta in diuisione parentum nuncupatiua aestimanda ac in eorum testamentis codicillisque diiudicandis. Nuncupatiuae quidem diuisionis a parentibus profectae neque in *Nouellae XVIII. Capite VII.* neque in ipsius *Nouellae CVII. Cap. III.* vlla commemoratio quum posteriori ex constitutione aut a liberis subscribendum sit diuisione aei propriae diuidentis manu subnotante illa firmanda. Sed hic etiam ad rationem respiciendum est sanctio-
nis, quae *clara omnia subscriptione fieri vult*, et quae ad surrogandam *Nouellae XVIII Capiti III*, quod obscuritati et incertitudini non fatis obuiam iuerat, *Caput III Nouellae CVII.* mouit *IVSTINIANVM*: siquidem obtinet ratio haec, ideoque constitutio ipsa, vbi aliis probationibus intercedentibus de rei constat veritate, qua in causa pari ambulant passu subscriptio liberorum et eorundem praefentia in diuisione declaranda, vti quoque parentum subsignature ac certa eorum indubitataque aliunde apparens vel argumentis elicienda concludentibus sententia. Sicuti tandem in ipsa etiam scripta dispositione nihil prorsus refert, adiecta aestimatione an omissa eadem, res vniuersi liberorum legitimis assignentur, *HARPRECHT ad §. 3. Inst. de Testam. ordinand. CARPOV. Part. III. Conf. IV. defin. 23. BOEHMERVS Intro. in Ius Digest. Lib. XXIX. Tit. I. §. 20:* ita minus adhuc vtraque haec visio differt in diuisione nuncupatiua, vbi simulac voluntas parentum in duobus amplius non haeret, perspectum etiam est, quonam disponens erogarit bona animo.

26 DE DISPOS. PARENT. INT. LIB. NVNCVP.

§. XIV.

VIIIua spe-
cies paet
succesforia
parentum
cum liberis.

Claudit agmen paectum, quo sancito conuenit parentibus cum liberis de futurae horum in bona parentum successionis modo. Quaenam stent rationes pro conuentionum istarum vi-
gore, generatim indicauiimus *Spho X.* Hic in transitu quasi addimus, quod ad renuntiativa non minus ac ad adquisitiua paecta successionia trahenda sint, quae de probatione eorundem loco monuimus excitato. Quin, si parentes cum liberis sint paeti, horum, quoad minorennes non fuerint, neque errorem vitiumue aliud docuerint, nemini de laesione in legitima querendi superest fundamentum, quum conuentione vel de inaequalibus vnciis vel de fortius imparis pretii rebus hereditariis genus quoddam contineatur renunciationis. His itaque modum saltem nuncupatione priuilegio affectam paternam maternamque de bonis legem dicendi exposuistre abunde-
fit, numerumque praecipuorum huc spectantium generum:
siquidem pluribus eruendi ipsarum, quarum intulimus
mentionem, rerum naturam haud cepiuimus
consilium.

F I N I S.



NOBILISSIMO DOCTISSIMO QVE
DOMINO DEFENSIVO
S. P. D. A. P.
P R A E S E S.

Multus es in hauriendis doctrinis, RESPONDENS AESTVMATISSIME, qua quidem TE fruſtrari laude me non finit, quod et opitulante adquifuiſſi ingenii bo- nitate et progressionē diſcendi, cum Mufis & humani- tate commercium, quo etiam illis adhuc coniungeris. Facilitati et iucunditatī naturae TVAE non ingratae societatis accedit lege morum elegantia dulciorum, ſequidem nunquam non pernicioſam fugiens petulantium, proteruorum, intemperantium, ignauorum duritatem animorum et acerbitudinem modeſtiae plurimum dediſſi. TIBI itaque documentum vitae academicæ hactenua optime trans- actae ſtatundum meditanti bene precarimoneſ officium, monet in- duftriae TVAE indolisque penſitatio, et ad eam, qua mores conformari videntur, philoſophiam comparatio. Adplaudo TI- BI inchoata persequentiꝫ reliquum iter ad caſtissimarum adyta Muſarum, ad ſacrarium Themidis confidere ut pegas, opto vo- ueoque, certiſſime perjuſas, hoc factō TIBI nec praemia defutu- ra nec vlla proſperitatis vitaueque dulciſſimae commoda. Me ve- ro TVI studioſiſſimum amare charumque habere non deſnas. Vale. Hallae Salicac. VI. Eidus Maias A. R. G. H. CICLOCCIV.

DOCTISSIMO, AESTVMATISSIMO
DOMINO RESPONDENTI

S. P. D.

AVGVST. HENNING. WINCKLER
EBELEBIENSIS THVRINGVS

I. V. C.
OPPONENTS.

Ab initio studiorum meorum, ex quo tempore TVA me haud dignatus es amicitia, cuius quotidiana recordatio maxima mea est voluptatis, sentiens praeclarorum TVVM ingenium, excellentem satisque excultam rationem, admirandas apertissimas ad studia prosequenda animi dotes, diligentiam denum incredibilem, nullus dubitanus, TE olim decus familiae Tuae fore, ac de patria meritisimum. Quae opinio non vana persuasione, sed solido fundamento firma, nunc minime me fecellit, sed potius spem de TE conceptam satis abundantanter que adimpleuit. Cathedram enim scandens, publice exhibes egregium solidae eruditiois specimen. Praefixisti TE virum, qualem TE perspecta indole TUA iam dudum iudicau. Nec est cur desperem, fore ut tales in defendenda doctissima dissertatione temet praebetas. Quid ergo mibi, qui hoc unice curro, ut salua sit maneatque amicitia nostra, superest, quam ut ex animo cordeque sincero gratuler conamina TUA, specimenque doctrinae per pulchrum, quod infrequentissima commilitonum concione, magna procul dubio cum laude ingenii doctrinaeque, nec minori elegancia publice ac feliciter edes. Ut vero amicitiae sis memor nostrae, quam sanctam hucusque coluimus, etiam atque etiam rogo. Vale Dabam D. IIIX. Maii MDCLIV.

Monsieur,

Monsieur,

Il n'est pas nécessaire, que je vous donne de nouvelles preuves de ma tendresse déiue à l'amitié, dont vous m'avez bien voulu honorer jusqu'ici; c'est elle même, en faveur de laquelle je me flatte, que vous aïez été suffisamment persuadé de mon amour et que vous le soiés encore. Néanmoins je crois à propos de profiter à présent de l'occasion favorable qui s'offre telle que je la souhaite de remplir mon devoir. Mon unique désir est de protester publiquement, que je vous félicite de tout mon cœur de l'applaudissement, que VOTRE Savoir, VOTRE These, et l'art de la soutenir VOUS procurent. Charmé de l'honneur que vous m'avez fait de me croire capable d'y opposer, je n'ai pas voulu manquer de vous déclarer que je vous en suis infiniment obligé. Au reste je ne cesserai d'être avec l'attachement le plus sincere du monde,

Monsieur,

Votre

à Halle
ce 8. Mai
1754.

très-humble et très-obéissant serviteur
et ami,

*Auguste Guillaume Leffmann,
de Halberstadt, Etudiant en Droit.*

PRAE-

PRAENOBI LISSIMO ATQVE DOCTISSIMO
DOMINO RESPONDENTI
AMICO AESTVMATISSIMO
S. P. D.
IOHANN DANIEL KNOLL
HALBERSTADIENSIS M. C.

Verum gaudium non semper posse reprimi, quis est, qui dubitet? Quod quidem neganti ipse meo saltem exemplo contradicerem. Audiens enim TE, VIR PRAENOBI LISSIME, AMICE inter paucos DILECTE, dissertationem publice defensurum, non potui non sinceram meam erga te mentem testificari tibi quis diem huncce gratulari. Quod ut facerem, plures me impulerunt causae. Lex enim amicitiae haud minima est, ut, si amico aduersa contigerint, alter tristitia afficiatur, si laeta atque optata, ut gaudeat, suumque gaudium ostendat. Deinde vero TVVS in me amor verus, quem semper eundem esse deprehendi, iure quodam suo id sibi postulare viderur, ut TIBI et hoc die, quo TE specimen eruditioinis TVAE edere cernimus, gratuler fanstaque quaevis acclamem. TVO itaque officio bene fungaris, strenueque defendas TVAM dissertationem, ut spem, quam Mater TVA sincerima pariter ac omnes illi, qui diuina rite sciunt aestimare ingenia, de te conceperunt non impleas solum verum etiam valde superes. Quod reliquum est, quum mutuam nostram amicitiam re potius ipsa, quam ut verbis eam exprimere possem, iam experimus, non opus esse censem pluribus illius mentionem facere. Siquidem haec ipsa, quae iam legis, ex intimis cordis penentribus profecta esse ingenue fateor. Praeterea tamen, si licitum est in me aliquid recipere, TIBI me promitto ad quaevis officiorum genera semper paratissimum. Dabam Halaë VI. Id. Ma-
ias MDCLIV.



Halle, Diss. 1754


ULB Halle
004 928 13X

3



B.I.G.

Black



Farbkarte #13

Centimetres

Blue

Cyan

Yellow

Magenta

White

3/Color

DE
DISPOSITIONIBVS^{sa}
PARENTVM INTER LIBEROS
NVNCVPATIVIS

EXERCITATIONEM IVRIDICAM
AVCTORIT. INL. I. CTOR. REG. FRIDERIC. ORDINIS

PRAE SIDE

D. IOAN. PHILIPPO CARRACH

IVR. PROF. PVBL. IVRID. ORDINIS ADSESS.
REG. SOCIET. TEVTON. GOETTING.
SODAL. HONORAR.

D. IVNII A. R. G. H. ccccliv.

PVBLICE DEFENDENDAM

EXHIBET

IOAN. FRIDERIC. GVILIELM. AVGVSTINN
HALBERSTADIENSIS.

HALLAE SALICAE
PRELO IOAN. FRID. GRVNERTI.

